



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

XLV. Erectio Episcopatus Alesien. Nemausen. Diœc.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO  
1694.

INNOCENTIUS DUODECIMUS.

217

ANNO  
1694.

tam in Judicio, quam extra illud habeatur, qua  
ipsoſ presentibus haberetur si forent exhibita; vel  
oſtentia.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Pifator. die V. Aprilis MDCXCIV. Pon-  
tificatus Nostri Anno Tertio.

XLIV.

Conceditur Alumnis Provinciæ novi Regni Gra-  
naten. Ord. Erem. S. Augustini in Indiis Oc-  
cidental. facultas ſuscipiendi gradus Scholasti-  
cos in eorum Collegio S. Nicolai Civitatis  
S. Fidei.

Urbani VIII. Conf. ed. 1625. Apr. 24. P. 2. agitur  
de promovendis in gradibus in Hispania, & Indiis.  
Et Clem. XI. Conf. ed. 1701. Jun. 4. P. 1. con-  
ceditur alumnis Civitatis Laguna facultas ſuci-  
piendi gradus in eorum Collegio.

Dat. 24. Apr.  
1694. An. 3.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

**E**X injuncto Nobis divinitus pastoralis solici-  
tudinis munere Sacram, bonarumque li-  
terarum studia inter Christifideles Altissimi ob-  
sequis sub suavi Religionis jugo mancipatos ubi-  
que locorum, ac præsertim in remotissimis ab  
hac Sancta Sede partibus opportunis rationibus  
foveremus, & promovemus, ac ut debitus vir-  
tuti honor repandatur libenter providemus, sicut  
ad omnipotens Dei gloriam, Religionis de-  
cūs, & incrementum, ac Catholica fidei præ-  
fidium, & prorogationem salubriter expedire in  
Domino arbitramur.

Causa Con-  
cessionis.

§. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit di-  
leetus filius Josephus Bernaldo de Quiros de Li-  
ma Diffinitor, ac Procurator Generalis Provin-  
ciarum Quiten., & novi Regni Granaten. in In-  
diis Occidentalibus Ordinis Fratrum Eremita-  
rum Sancti Augustini, quod cum alias dicta Pro-  
vincia novi Regni Granaten. ab initio ſue funda-  
tionis Peruanae ejusdem Ordinis, & dictæ Qui-  
ten. Provinciis unita eſſet, privilegio, quod ejus  
Alumni in Quiteni ſub Sancti Fulgentii per qua-  
dam fe. re. Sixti PP. V. Prædecessoris nostri ac  
Limana ſub Sancti Ildephonſi reſpective denomi-  
nationibus per alias re. me. Pauli PP. V. Præ-  
decessoris pariter nostri in ſimili forma Brevis lite-  
ras reſpective erexit Studiorum Generalium Uni-  
versitatibus ad Magisterii, ſeu Doctoratus, alioſ-  
que Scholasticos gradus, promoveri poſſent,  
trivebatur: Verum quia illa poſtmodum a dictis  
aliis duabus Provinciis subdiviſa fuſt, privilegio  
hujusmodi deſtituta remanit, ac exinde illius  
Alumni præfati pro gradibus hujusmodi confe-  
quendis, vel extraneos adire, vel ad Provincias  
leptingtonitorum circiter miliarium intervallo diſ-  
tantes iter cum nimio ſumptu, & incommode  
ſuſcipere coguntur.

Preces Proc.  
Gen.

§. 2. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſu-  
jungebat, dicta Provincia novi Regni Granaten.  
doctrina, & regulari obſervantia adeo flo-  
refcat, ut in his ipſi Provinciæ Quiteni antecel-  
lat, ac proinde dictus Josephus plurimum cupiat  
a nobis indulger, ut in Collegio ſub titulo San-  
cti Nicolai Epifcopi intra, vel extra ſepa Con-  
ventus noſtræ Divæ de Gratiā nuncupata Civ-  
tatis S. Fidei eorumdem Ordinis, & Provincia  
novi Regni Granaten. erigendo Provinciae hu-  
juſmodi Alumni gradus prædictos ſuſcipere va-  
leant: Nos ejusdem Josephi votis in præmissis,  
quantum cum Domino poſſimus favorabiliter  
annuere volentes, eumque a quibusviſ excom-  
municationis, ſuſpentionis, & interdicti, alioſ-  
que Ecclesiasticis ſententiis, censuris, & poenis,  
a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel can-  
fa latiſ, ſi quibus quomodo libet innodatus exi-

ſtit ad effectum præſentium dumtaxat confe-  
quendum harum ſerie absolventes, & absolutum  
fore cefent, supplicationibus ejus nomine nobis  
super hoc humiliter porrectis inclinati, de Vene-  
rabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium  
Conciliī Tridentini Interpretum conſilio, & at-  
tentia relatione Venerabilis Fratris noſtri Palutii  
Epifcopi Prænettin. ejusdem S. R. E. Cardinalis  
de Alteris nuncupati dicti Ordinis apud nos, &  
Sedem Apoſtolicam Protecotoris ſuper præmissis  
ejusdem Cardinalibus facta, præfatis Alumnis  
Provincia novi Regni Granaten. hujusmodi, qui  
fratres expreſſe profeti dicti Ordinis fuerint, ut  
peractis in Collegio erigendo prædicto; ſen alibi  
ſtudiorum ſuorum curriculis, prævioque rigor-  
oſe examine Baccalaureatus, ac Magisterii, &  
Doctoratus in Philosophia, & Sacra Theologia  
gradus in eodem Collegio ab illius Rectori pro  
tempore exiſtente ſuſcipere ipſique Rectori eos-  
dem gradus dictis Alumnis ad formam prædi-  
ſtarum Sixti, & Pauli Prædecessorum literarum  
conferre libere, licite, & valide poſſint, & va-  
leant reſpective auſtoritate Apoſtolica teore  
præſentium concedimus, & indulgemus, ſalva  
tamen ſemper in præmissis auſtoritate Congre-  
gationis memoratorum Cardinalium.

Conceſſio  
prædicta ad  
inſtar illius  
Universitatibus  
Quiten. &  
Limana  
facta.

§. 3. Decernentes ipſas præſentes literas ſem-  
per firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore  
fuſoſque plenarios, & integros effectus fortiri, &  
obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempo-  
re ſpectabit in omnibus, & per omnia plenime  
ſuffragari: Sicque in præmissis per quocumque  
Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cau-  
ſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, &  
definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus  
uper his a quoquā quavis auſtoritate ſcienter,  
vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibusviſ etiam  
juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis  
firmitate alia robortatis ſtatutis, & confuetudini-  
bus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apo-  
ſtolicis in contrarium præmissorum quomodo libet  
conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus  
omnibus, & singulis, illorum tenores, præſen-  
tibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de  
verbo ad verbum infertiſt habentes, illis alias  
in ſuo robore permanſiſ, ad præmissorum  
effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & ex-  
preſſe derogamus, cæteriſque contrarii quibus-  
cumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præſen-  
tium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam  
impressis, manu alicuius Notarii publici ſubſcri-  
ptis, & ſigillo persona in Ecclesiastica dignitate  
conſtituta munitis, eadem pro rorſus fides ubique  
locorum tam in Judicio, quam extra illud habe-  
tur, qua habetur ipſis præſentibus, ſi forent  
exhibitæ, vel oſtentia.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-  
jorem ſub Annulo Pifatoris die XXIV. Aprilis  
MDCXCIV. Pontif. Nostri Anno Tertio.

Erigitur Oppidum Alesien. Nemauen. Diœcesis  
in Civitatem, ejusque Ecclesia S. Joannis Bap-  
tistæ in Cathedram.

Similis erexit Oppidi de Penkim Mechaon. Diœcesis  
extat Conf. ed. 1690. Apr. 10. Pont. 1.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei  
memoriam.

A Nimirum zelus nullis terminis comprehen-  
ſus, universalisque Dominici Gregis cura  
Nobis licet immeritis ex alto commiſſa, necon-

XLV.  
Dat. 16. Maii  
1694. An. 3.

Unigeniti filii Dei, & Domini Nostri Iesu Christi ad infima hujusmodi pro humano salvando genere descensus ipsiusque præceptum Apostoli demandatum - Ita prædicare Evangelium omni creaturæ, mentem nostram continuo sollicitant, ut studiis assiduis ad ea intendere debeamus, per quæ fides nostra Catholica ubique ab omni expurgetur zizania, omnisque vepris expers surget, & propagetur, errantesque oves diabolica fraude, hæresumque pravitate correptas ad ovile, verique luminis agnitionem reducantur. Propterea novas Sedes novosque Pastores instituere debemus, ut facilius oves ipsæ sic deperditæ se in eas reducere valeant, præfertim etiam cum sublimum Regum vota, & gesta id exposcant, & competeriamus in Domino pro animarum salute id expedire.

Præces Regis Christianissimi iustis causis iniuste.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, charissimus in Christo filius noster Ludovicus Francorum, & Navarræ Rex Christianissimus ad Dei solum cultum, ejusque Orthodoxa Legis obseruantiam, Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltationem, hæresumque extirpationem, & Hæreticorum confusione enixe intentus, Divina piis ejus conatibus favente gratia, tot millia Subditorum a via salutis per Sathanæ suggestiones aberrantium ad eisdem Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium propria applicatione, & cura feliciter reduxerit, cupiens eosdem suos subditos uti adhuc tenores Virtus Evangelicæ qui Christus est palmites in ipsius fide vera per amplius confoverit, & consolidari, ac commodius instrui, & gubernari inter alia ad hoc vere suum Regium intentum conductentia media, nullum aliud opportunius fore compererit, quam si recenter conversis Christifidelibus in Vallibus Hebbencis vulgo *Les Sevennes* constitutis, & numerum quinque Mistriadum excedentibus, qui ex sola præsistente Venerabilis Fratris Nostri Episcopi Nemausen., in cuius Diœcesis Territorio Valles prædictæ sita sunt, ob earumdem Vallium a Civitate Nemausen, ubi ipse Episcopus residet, aspero, montuoso, laborioso, & difficili plurium leucarum intercedente itinere distantiam, ibidem Visitacionis adeo necessaria munus, & Pastoralia munera, & solatia recipere non valent, proprius Præsul, & Pastor Animarum attribueretur, & assignaretur, qui proprias Oves cognoscet, & pauper, ac ab ipsis vice versa in veritate docenda, & præstanta obedientia agnosceretur, ac proinde, ut dictarum Vallium Territorium a Diœcesi Nemausen. separare, Oppidumque Aleſii, quod ipsarum Vallium Caput muris cinctum, Arce, & Prædio munitum, Præfectura decoratum, quinque Regularium utriusque sexus Cœnobitis, Hospitali, & duabus Confraternitatibus insignitum, bis mille ferè familiis, quas inter plures Nobiles, ac tres ex quatuor partibus Neophytæ constans, aeris etiam salubritate, ac soli fertilitate gaudens, ac ad id valde aptum commodum, & opportunum est in Civitatem inibi que existentem seculariem, & Collegiatam Ecclesiæ Sancti Joannis Baptiste ample, & elegantis structuræ, sex Capellis, & Sacra Supellecili ad Divina peragenda, non tamen ad Pontificalia exercenda decenter ornatam, aliquique requisitus satis instructam in Cathedralem, ibique Sedem Episcopalem erigere, & collocare, ac alias desuper opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Causæ hujus  
Erectionis.

§. 2. Nos, cui nihil magis cura est, quam ut fides Catholica illibata ubique floreat, & augatur, non de inventa ove, sed integri pene gregis ad Ovile Christi reductione congaudentes, ac ipsi Ludovico Regi congratulari ne desit his Ecclesiæ novis filiis, qui frangat panem, puræque Doctrinæ pabula præbeat, ac singulorum vultus, ut Episcopum decet inspiciat, & agnoscat, matura super his in Congregatione Ve-

nerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium rebus consistorialibus præposita, cui negotium dismembrationis, & Erectionis hujusmodi discutiendum a Nobis commissum fuerat, habita deliberatio, Oppidum predictum Episcopali, & Civitatis titulo dignum judicantes, piisque dicti Ludovici Regis desideriis libenter annuentes, de eorumdem, ac aliorum Venerabilium fratrum Nostrorum præfatae Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium consilio, & assensu, Oppidum predictum ab Ordinaria Jurisdictione dicti Episcopi Nemausen. de expresso ejus, ac illius Cathedralis Capituli, & Canonicorum consensu, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo segregamus, dividimus, separamus, & dismembramus; illudque, ac ejus Clerum, & Populum quoad Legem Diœcesanam ab Episcopi Nemausen. Superioritate, Jurisdictione, potestate, subjectione, Visitatione, & correctione prorsus eximus, & liberamus; ac Oppidum predictum Civitatis, illiusque Incolas Civium nomine, titulo, & honore decoramus, illudque in Civitatem Aleſien. denominandam, & in eo sæcularem, & Collegiatam Ecclesiæ Sancto Joanni Baptista dicatam, duasque Dignitates Decanatum videlicet, & Sacristiam, cum aliis decem Canonicibus habentem in Cathedralem Ecclesiæ sub Invocatione eisdem Sancti Joannis Baptista pro uno Episcopo Aleſien. nuncupando, qui illi præsit, ac Ecclesiæ ipsam ad formam Cathedralis Ecclesiæ redigi faciat, necnon Episcopalem Jurisdictionem, auctoritatem, & potestatem exercere, omniaque, & singula, quæ Ordinis, Jurisdictionis, & cuiusvis alterius muneris Episcopalis sunt, & ad illa, ac Synodi Diœcesanæ convocationem, & celebrationem spectant, & pertinent, ac quæ alii tam in illis Regnis, & Provinciis, quam alibi ubicumque constituti Episcopi in suis Ecclesiis, Civitatibus, & Diœcesibus de jure, & consuetudine, aut alias quomodo liber facere, & quibus uti solent, & possunt pariformiter, & que principaliter, & absque ulla prorsus differentia in suis Ecclesiis, Civitate, & Diœcesi Aleſien. respective facere, gerere, & exercere, ac uti, frui, & gaudere libere, & licere possit, & debeat, ac pro tempore existenti Archiepiscopo Narbonen. jure Metropolitico, prout ante separationem, & dismembrationem hujusmodi suberat, subjaceat cum Sede, & Mensa, aliisque insigniis Episcopaliibus, necnon præminentia, & honoribus, & privilegiis, immunitatibus, & gratiis spiritualibus, & temporalibus, personalibus, realibus, & mixtis, quibus cæteræ Cathedrales Ecclesiæ Regnorum, & Provinciarum hujusmodi similiter de jure, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet utuntur, portiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum de similibus consilio, & potestatis plenitudine, dicta Apostolica auctoritate perpetuo erigimus, & instituimus, ac eidem sic erecta Ecclesia Aleſien. ipsum Oppidum sic in Civitatem erectum pro Civitate, & alia octo Civitates nuncupatas, ac alia triginta sex inferiora Oppida, & reliqua quinquaginta quinque Oppidula, cum eorum omnium, & singulorum respective Parochis, & Territorio quinquaginta circiter milliaribus Italicas extenso pro Diœcesi, necnon Ecclesiæ pro Clero, & sæcularis personas pro Populo de consilio, potestate, & auctoritate similibus, etiam perpetuo concedimus, attribuimus, & assignamus, Civitatemque, Clerum, & Populum hujusmodi Episcopo Aleſien. quoad Episcopalem, & Archiepiscopo Narbonen. pro tempore existentibus quoad Metropoliticam Jurisdictionem, & Superioritatem de paribus consilio, & potestatis plenitudine, etiam perpetuo subjicimus.

§. 3. Ac

Dismembratio d. Oppidi  
a Diœcesi  
Nemausen.

Erectio Op-  
pidi in Ci-  
vitatem, &  
Ecclesia S.  
Joannis Ba-  
ptistæ in Ca-  
thedralem  
cum omni-  
bus Episco-  
palibus juri-  
bus.

Ejus subjec-  
tio Archie-  
piscopo  
Narbonen.

Ejus Diœ-  
cess.

1694.  
Pro dote  
Mense Epis-  
copali affi-  
gnatur Ab-  
batia Eccle-  
sie S. Petri  
Psalmodien.

S. 3. Ac insuper cum dilectus filius Ludovicus de Calvieres Abbas Abbatiae olim forsan regularis, sed jam nunc omni in ea regularitate cestante ad seculararem statum redacte secularis, & Collegiata Ecclesia Sancti Petri Psalmodien, vulgo de Psalmodi nuncupata in Oppido Aquarum mortuarum dicta Nemausen. Diæcesis existentes regimini, & administrationi dictæ Abbatiae, ac omni, & cuicunque Juri sibi in illa, vel ad illam quomodolibet competenti, & per eum prætensæ in manibus nostris ad præmissorum, & infra scriptorum effectum cesserit; nosque cessationem eamdem ex dicta causa duxerimus admittendam, Nos Abbatiam ipsam, & titulum collativum, & denominationem Abbatiae, & Collegiata firma ceteroqui remanente illius Parochialitate de præfati Ludovici Regis ad quem, dum illa pro tempore vacat, Jus ad illam nominandi vigore concordatorum dudum inter Sedem Apostolicam, & clarae memoria Franciscum Primum olim eorumdem Francorum Regem initiorum pertinere dignositus perpetuo quoque supprimimus, & extinguimus, ac illius sic suppressum, & extinctam Abbatalem, cuius fructus ad quingentos florenos auri in Libris Camera Apostolice taxati reperiuntur; verus autem valor ad octodecim millia Librarum Turonen. ascendit Mensa Episcopali Alesien, pro ejus dote similiter perpetuo applicamus, & appropriamus; Capitularem vero Mensas, & Capitulum, necnon Præposituram, que principalis, & Archidiaconatum, Cantoriæ, & Subcantoriæ, qua reliqua Dignitates inibi erant, ac decem Canonici, & totidem Præbendas illius ad sic erectam Ecclesiæ Alesien. similibus consilio, & auctoritate pariter perpetuo ita transferimus, & traducimus, ut ex duobus Alesien, & Psalmodien. Capitulis hujusmodi unicum ipsius Episcopi Alesien. proprium Capitulum, in quo Præpositura Psalmodien, prima post Pontificalem, ac excepto Decanatu Alesien, quem Nos certis Nobis notis de causis adducti ex nunc prout ex tunc, & e contra postquam illum per cœlum, vel decepsum, aut alias quomodolibet quandocumque, ac ubicumque vacare contigerit perpetuo quoque similiter supprimimus, & extinguimus, ac Mensæ Capitulari Alesien, annectimus, & incorporamus, expresso ad id moderni Decani accedente confessu, reliqua alia Dignitates, Archidiaconatus, secunda Cantoria, tertia Sacraria Alesien, respective nuncupata, quarta, ac Subcantoria quinta, necnon Alesien, & decem Psalmodien, respective Canonicus, & Præbenda sunt, permaneant, & persistant, duodecimum Presbyteri, duoque Acolyti, ac unus Clericus ad nutum Præpositi, & Capituli Alesien. amovibiles pro divisione Ministeri ipsius Ecclesiæ Alesien. servitiis juxta providam Præposito, & Capitulo præfatis sibi faciendam injunctionem, ac cum congrua mercedis assignatione, vel quotidianarum distributionum participatione ad arbitrium eorumdem Præpositi, & Capituli ibidem deputentur, Sacraria Alesien, curam inibi, ut ante, regat, exerceat, & administret animarum: Canonici vero uriusque Capituli Capitulares suas quoad vixerint respective præbendas, prout ante erectionem hujusmodi faciebant, percipiunt, advenienteque eorum, seu alterius ex ipsis obitu, vel cessione, omnes, & singula præbenda ad invicem successive in communem Mensam Capitularem Alesien. semper reintegrentur, & consolidentur, donec omnes illius præbenda ad fructuum, reddituum, & preventuum æqualitatem perveniant, faris factis interim per eosdem Capitulares respective cujusque eorum Capituli, & Mensæ Capitularis etiam respective oneribus, & obligationibus solitis, debitis, & conuentis; & tam Dignitates, quam Canonicus, & Præbendas hujusmodi nunc, & pro tempore obtinentes

Capitulum cum Mensa Capitulari, sigillo, ac arca communibus, aliusque Insigniis Capitularibus constituant, & apud dictam Ecclesiam Alesien. residere, stallumque in Choro, ac locum, & vocem in Capitulo ipsius, necnon in aëtibus, & functionibus Ecclesiasticis intra, & extra ipsam ubilibet juxta corum respective antianitatem receptionis dumtaxat abisque ulla alia cuiusvis gradus, seu qualitatibus distinctione, & ipsa Ecclesia singulis diebus horas Canonicas, tam diurnas, quam nocturnas, necnon Conventuales, aliasque Missas, servata Ecclesiarum disciplina uniformiter celebrare, & decantare, illisque interesse, ac alias dictæ Ecclesiæ Alesien. in divinis deservire, ceteraque onera injuncta, & pro tempore injungenda subire, exercere, & adimplere respectively debeat, & teneantur, ac tam in Choro, quam Capitulo, processionibus, & aliis aëtibus, & functionibus habitus de Jure gestari solitos etiam deferre, & gestare libere, & licite possint, & valeant.

S. 4. Præterea Nos pro promptiori premissorum, & infra scriptorum executione, & adimplemento, ac prospero felicique Alesien. statu, & successu procurando, & manutenendo, quod si modernus Decanus Alesien. non obstante ejus ad hæc expresso consensu honoribus, & præminentis ad suam dignitatem de Jure spectantibus gaudere veit illis, ac eodem Stallo in Choro quoque ad datam præsentium potius fuit, ac etiam postquam ad Sacerdotium promotus erit prædencia, alternative tamen cum Præposito Psalmodien, vel annuatim, vel per menses, aut alias prout melius ipsis videbitur juxta illorum desuper jucundam conventionem usque ad diem, quo per illius cœlum, vel decepsum, aut aliam quamcumque dimissionem, vel amissionem dictum Decanatum vacare contigerit potiri, & frui debeat, quodque si contigerit Capitulares Nemausen. congregari, prout de more pro impositionibus Decimarum, vel pro impositionarum rationibus reddendis, & ibi agi etiam debeat de interessè præfati Capituli Alesien. eidem Capitulo Alesien. liceat unum, vel duos de gremio deputare ad interessendum Congregationibus, seu Comitis Capitularibus, qui deputati, vel alter illorum Comitis præfatis præcedere debeat Canonicos Nemausen., & ita contingat Capitulares Alesien. pro similibus impositionibus, & illarum rationum redditionibus congregari liceat eidem Capitulo Nemausen. similiter unum, vel duos de gremio eligere, qui Comitis Alesien. intervenient, & pariter Canonicos Alesien. præcedere debeat; cura porrò Animarum, & alia onera Ecclesiæ Psalmodien, quæ abinde ad Ecclesiam Alesien. transferri non poterunt, seu quæ ibi a Capitularibus Psalmodien. destinata fuerunt adimpleri per ibidem existentem Rectorum, Curatum, ac talen, quem iidem Canonici Psalmodien, necessarium judicarunt numerum Presbyterorum assignatis Rectori, Curato, ac Presbyteris hujusmodi pro congrua eorum sustentatione omnibus, & singulis fructibus decimalibus Parochiæ ejusdem Ecclesiæ Psalmodien. juxta desuper cum interventu, & auctoritate Episcopi Nemausen. præfati initiam transfectionem omnino adimplentur, in Ecclesia vero Alesien. futurus, & pro tempore existens Episcopus curam Animarum præfaram per Sacrism, & ejus Vicarium, ut antea, una cum eisdem emolumentis, quibus ante electionem hujusmodi fruebatur, & potiebatur exerceri faciat, ac pro sui Episcopali residentia, usu & habitatione Aedes per Diœcefanos, qui juxta morem Provincie Quitanie habitationem Episcopalem construere tenentur destinandas, vel construendas, aut justo pretio emendas habeat, & possideat, necnon jure eligendi, & deputandi Scholarum præceptores, seu Magistros quoad easdem Scholas antea, & haſtenus ad Præcento-

Quid? de  
prælenti De-  
cano Alesien.

De Parochiis  
utrinque Ec-  
clesia Alesien.  
& Psal-  
modien.

Episcopo,  
& Capitulo  
quæplures  
facultates &  
privilegia  
concedun-  
tur.

Ex duabus  
Capitulis  
Alesien. &  
Psalmodien.  
unum con-  
ficitur Ale-  
sien.

Numerus,  
ordo, Men-  
sæ, & onera  
Dignitatum  
Capituli,  
cum suppre-  
fione Deca-  
natus Ale-  
sien.

rem Ecclesiae Nemausen. spectante, & pertinen-  
te omnimode fruatur, utatur, & gaudeat, respe-  
ctive statuimus, ordinamus, ac etiam declara-  
mus expressis ad hæc omnia, & singula tam Ar-  
chiepiscopi Narbonen., quam Episcopi, & etiam  
Præcentoris, necnon Nemausen., ac Alesiæ.,  
& Psalmodien. Ecclesiarum hujusmodi Capitulo-  
rum respective accedentibus assensibus, & con-  
sentientibus. Insuper etiam Episcopo, Dignitatibus,  
Capitulo, & Canonicis præfatis, ut pro di-  
cta Ecclesiae Alesiæ., ac illius Mensæ Capitularis  
Sacrissæ, & Fabricæ, earum rerum, & bono-  
rum tam Spiritualium, quam temporalium pro-  
spero, & felici statu, regimine, gubernio, direc-  
tione, ac onerum illis incumbentium supporta-  
tione Missarum, horarum Canonicularum, di-  
vorum tam diurnorum quam nocturnorum Offi-  
ciorum, Procesionibus, Funeralium, Anniver-  
sariorum, & aliorum præfatorum celebratione,  
necnon de Dignitatibus, Canonicatibus, & Præ-  
bendis, aliisque Beneficiis, & Ministeriis Eccle-  
siasticis pro tempore providendorum receptio-  
ne, admissione, residencia personali, distributio-  
num etiam quotidianarum, & aliorum emo-  
lumentorum quorūcumque divisione, repar-  
titione & admissione pœnarum per absentes &  
Divinis suis loco, & tempore non assistentes,  
seu onera, & ministeria eis incumbenta subire  
negligentes incurendarum impositione singulo-  
rum præsentiis, & absentiis notandi, ceremoniis,  
& ritibus in Cathedrali Ecclesia, Choro, Capitu-  
lo, Procesionibus, & aliis actibus, præfatis, ser-  
vatis servandis, & Ministris, dictæ Ecclesie Alesiæ,  
necessariis deputandis, & amoendis servitiis,  
& Ministeriis per eos obeundis, & agendis, sala-  
riis, & stipendiis eorum cuilibet assignandis, ac  
quibusvis aliis rebus in præmissis, ac circa ea  
quomodolibet necessariis, & opportunis quæ-  
cumque statuta, ordinaciones, & Capitula, &  
Decreta licita tamen, & honesta, ac Sacris Can-  
nonibus, præsertim vero Concilii Tridentini De-  
cretis, & Constitutionibus Apostolicis non con-  
traria edendi, & edita pro temporum, & re-  
rum varietate, & qualitate limitandi, corrigen-  
di, declarandi, interpretandi, ac in meliorem  
formam redigendi, seu alia de novo etiam ex  
integro condendi, & per eos, ad quos pro tem-  
pore spectabat sub pœnis in contravenientes sta-  
tuendis, observari faciendi plenam, liberam &  
omnimodam facultatem concedimus, & impar-  
timur; necnon Episcopo, ut præfetur, ac Di-  
gnitates in præfata Ecclesia Alesiæ, obtinentibus,  
ac Capitulo, & Canonicis ejusdem Eccle-  
siae, aliisque Capituli, & Ecclesiae hujusmodi  
personis, & Ministris pro tempore existentibus,  
ut omnibus, & singulis privilegiis, Immunitati-  
bus, exemptionibus, libertatibus, præeminen-  
tiis prærogativis, concessionibus, facultatibus,  
Indultis, favoribus, & gratiis, quibus ali præ-  
fati, & aliarum Ecclesiarum dignitates obtainen-  
tes, Capitula, & Canonici, aliæque Civitates,  
& Diœceses, ac eorum Cleri, Incolæ, & habi-  
tatores, eorumque res, & bona fruuntur, po-  
tentunt, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere  
possunt, & poterunt quomodolibet in futurum,  
etiam quoad habitus delationem, ut præfetur,  
uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite pos-  
sunt, & valeant concedimus, & indulgemus.

J. 5. Ac etiam Ludovico Regi, ejusque suc-  
cessoribus, attenta assignatione præfata mensa  
Abbatia's, & unione ejusdem Capituli de præ-  
fati Ludovici Regis consensu dicta Mensa Epis-  
copali, ac Capitulo Alesiæ, ut supra, facta  
Jus nominandi ad præfata Ecclesiam Alesiæ.,  
dum illa Pastoris solatio destituta, fuerit illi ve-  
ro, seu illis, ad quos præsentatio, seu nomina-  
tio ad dignitates, Canoniciatus, & præbendas,  
necnon beneficia, & ministeria hujusmodi ex fun-  
datione, vel dotatione de Jurepatronatus perti-  
nit.

nente dignoscitur, quæ quidem nominatio ad  
Ecclesiam Alesiæ. Nobis, seu Romano Pontifi-  
ci successori nostro pro tempore existenti per  
præfatum Ludovicum Regem, ejusque, ut præ-  
fetur successeores Galliarum Reges, quo vero ad  
præsentationes ad dignitates, Canoniciatus, &  
Præbendas, ac Beneficia, & Ministeria hujusmodi  
quondamque, & quotiescumque per cef-  
sum, vel deceſsum, aut alias quomodolibet va-  
care contigerit, etiam coram Ordinario Ale-  
siæ, pro tempore existente per Patronos fieri  
respective debeat prout antea ad dictam Abba-  
tiam Sancti Petri Psalmodien., & ad dignitates,  
Canoniciatus, & Præbendas, necnon Beneficia,  
& Ministeria utriusque Collegiata Ecclesie unitæ  
hujusmodi respectivæ spectabat etiam perpetuo  
reservamus, concedimus, & assignamus.

J. 6. Ac easdem præsentes ullo unquam tem-  
pore de subreptionis, vel obreptionis, vel quo-  
vis alio defectu, etiam ex eo, quod cause, propter  
quas præmissa emanarunt coram No-  
bis, vel alibi verificatae, & quicunque in præ-  
missis interesse habentes, seu habere præten-  
dentes ad id vocati, citati, auditique non fue-  
rint, & præmissis non consenserint, aut alio  
quovis defectu notari, impugnari, invalidari,  
retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad  
terminos Juris reduci, remedium impetrari, vel  
sub quibusvis similius, vel dissimilius gratia-  
rum revocationibus, suspensionibus, limitatio-  
nibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam  
per quascumque Constitutiones Apostolicas, aut  
Cancellariae Apostolicae Regulas quondamque,  
etiam in crastinum assumptionis successorum no-  
strorum ad Summi Apostolatus apicem, vel alias  
quondamque editas, seu sub quibusvis teno-  
ribus, & formis emanatas, & in posterum eden-  
das, & emanandas nullatenus comprehendendi, sed  
semper ab illis exceptas, & quoties illæ ema-  
nabant, toties in pristinum, & validissimum sta-  
tum, etiam sub quacunque posteriori data per  
pro tempore existentes Episcopum, ac dignita-  
tes, Capitulum, & Canonicos hujusmodi eligen-  
da restitutas, repositas, & plenarie reintegratas,  
ad denuo concessas, semperque validas esse,  
& fore, suoque plenarios effectus fortiri, &  
obtinere; necnon Episcopo, dignitatibus, &  
Canonici hujusmodi pro tempore existentibus  
perpetuo suffragari. Sicque, & non aliter per  
quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos  
quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eo-  
rum cuilibet alteri judicandi, & interpretandi  
facultate, & auctoritate judicari, & definiri de-  
bere; & si fecis super his a quoquam quavis au-  
toritate scienter, vel ignoranter contigerit at-  
tentari, irritum, & inane decernimus.

J. 7. Non obstantibus nostris, & Cancellariae  
Apostolicae Regulis de gratis, Indultis, & Indul-  
gentiis ad instar non concedendis, ac de expri-  
mendo vero anno valore, ac de unionibus com-  
mittendis ad partes vocatis quorum interest, ac  
Lateranen. Concilii novissime celebrati uniones  
perpetuas, nisi in casibus a Jure permisis fieri  
prohibentis, & quibusvis Apostolicis, nenon in  
synodalibus, Provincialibus, & Generalibus Con-  
ciliis editis, vel edendis Constitutionibus; qui-  
bus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis re-  
noribus specifica, & expressa, ac de verbo ad ver-  
bum, non autem per clausulas generales idem  
importantes expressio adhuc servanda foret, illis  
alias in suo robore permanfuris, hac vice dum-  
taxat specialiter, & expresse harum serie deroga-  
mus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem An-  
no Incarnationis Dominica Millesto sexcentesimo  
nonagesimo quarto sexto decimo Kalendas  
Junii Pontif. nostri Anno Tertio.

Confirmatur

Clausula.